



25

Carmina Gratulatoria,

In Nuptias,

PRÆSTANTIS-
SIMI, ATQVE FLO-
RENTISSIMI JUVENIS, DN.

IOHANNIS BERNHARDI

UNFRIDI, LL. Candi-

dati:

Ducentis,

LECTISSIMAM, AC

PYDICISSIMAM VIRGI-

NEM, FELICITATEM:

CL. U.

DN. HENRICI

WELLINGII, IN

ACADEMIA TUBINGENSI

PROFESSORIS,

FILIAM:

Scripta ab Adfinib. & Amicis:


Solemnibus Nuptiar. Celebr. Tubingæ,

XXV. Augusti, clō lō cxii.

TUBINGÆ,

Typis Philippi Gruppenbachij:

ANNO 1612.



I.

I.



*Rdor venustam Sirius emulam
Fœliciori substituit face;
Et spiccam labens pererrat
Sol (imitabile opus) puellam.*

Ne factiosâ agnomen id hosticum

Tranquillitatem lite coagulet,

Desponsa placabit vel astu

Virgo reciproca mitiori.

Gentile veritas Sponsus in auream

Pacem severum: Conjugis alterum

Et nomen & numen marito

Auxiliare tibi parabis.

Isthac sequaci sponte domesticos

Curet penates; turrigerum Vnfrid

Mitescat, & scutum eleuetur

Per Soceri galeas Verendi.

Haut obstinati tadia seculi

Rixam faceffant; quippe medullitus

Ardenti amore, & more, & ore, &

Re, socialis ovet Cupido.

Ceu belluas ac manticularios

Circumdatum palis viridarium

Eliminat; fastum retardent

Contigui miserum favores.

Sicut cohortali arx vigilans manu,

Ob pacem inexpugnabilis intumam est;

Connubium nunquam, neque usquam,

Mobilitate animi fatiscat.

*Cornu neceſſi copia divitiis,
Et liberorum pignus amabilem,
Et ſopites ruri domig,
Plena ſalus comitetur ambob.*

Anagramma.

*Felicitas VVellingia Sponſa:
Plena ſalus lacti ſio conjugis.*

Ioannes Langius, V. L. D. Poë-
ta Cæſareus.

I I.

Dn. Sponſo,

IOHANNI BERNHARDO
UNERIO, Affini ſuo

Nuptias Concordiæ plenæ precatur:

Filia W E L L I N G I dum, IAN-BERNHARDE, locanda
Ducitur in thalamum, Virgo Venuſta, tuum.
Ecce tibi meritò decus hoc gratantur amici,
Certatimque omnes proſpera vota ferunt.
His me ajungo: Aurum, quibus eius copia, donent,
Donent Eois munera lecta vadis.
Vota D E U S poſcit; Votis patet arduus æther,
Nec dubita Superi Vota valere volent.
Sint, ſine lite thorus, ſine morbis pignora, menſa
Læta, atque aſſiduo lucidus igne focus.
Denique cœpta tibi D E U S omnia ubique ſecundet.
Quî poſſet Votum plenius eſſe meum?

Chronodiſtichon.

En ſine paCe tenens noMen BernharDUſ IanUſ:
SponſUſ oVat, fatò ſiC MoDerante plo.

Marcus Dolmetſch, S. W.

Epi-

Epigramma,

Ἐπιγραμμα.

IN NUPTIAS, D. IOHANNIS
BERNHARDI UNFRIDI, LL.
Cand. & Felicitaris Wellingiæ,
Virginis:

DVm Tubius cernet castos, UNFRIDE, *sophista*
Tecum FELICI Virgine inire thoros:
Fortè BONUM dicet (quid non speremus amantes?)
SUMMUM cum SUMMO *foedus inisse MALO!*
FELIX illa quidem donis & nomine; te sed
Non minùs UNFRIDUM credo per antiphrasin.
Amicitia ergò profectum, à

M Georg-Conrado Maiclero,
Felbachens. Pastore, P. L.

IV.

TOripetentem Vincla vocaveris
Malè beatum. Rectiùs occupat
Nomen Beati, qui supremum
Ritè Deum prius apprecatus,
Fausitam puellam sollicitat prece
Piam ac honestam: tunc pede libero
Pulsat solum. Nam multa secula
Volvere debet Amator ante.
Talem paravisti sociam tibi.
Tedas, secundos ducito ad exitus,
Cœptas Jehova autor jugalis.
Nil melius poterò precari.

M. Iohannes Donner.

DN. IOHANNIBERNHARDO UN-

FRID, LL. Candidato, Adfinituo

Ducenti

FELICITATEM.

*S*ilicet ex Ethicis quidquam depromere, Verum est,
*S*UMMUM nempe BONUM acquiri Virtute; sed illud
*E*x Sponso queras, in quo consistere possit,
*S*ufficiantē Habitus, Gelis an sit ut a Ello crebra?
*E*x Virtute suā SUMMUM nunc possidet spse,
*Q*uodq; BONUM optabat (dum Felicissima Virgo
*I*ungitur) hinc dicam Virtute exerceat illud,
*D*ulcia quō pariat genitales pignora lectus,
*D*eniq; quod caput est, totiq; mente precabor,
*V*EDUS in multos Sponsum Sponsamq; Beatos
*F*elici rerum fluxu feliciter annos.

Gratur A vsorq; dius,

M. Laurentius Linck, VVaib. LL. Stud.

VI.

*T*Enax Magistra Vanitatis Græcia,
*R*esponsa Thulci Vatis, & sortes Deūm
*Q*uæsisse quondam dicitur: tædæ Novis
*N*uptis ituræ nūm sient FELICITER?
*U*NFRIDB, cujus ex recessu pectoris,
*T*hemidis medulla manat, & Suadæ lepos;
*E*gon' jugalis hæc super solemnia
*F*estivitatis consulam vanas Deūm
*R*esponsiones? Saxa Delphis in via?
*O*vium'ne fibras? an Sybillinos lares?
*T*onitrus sinistros? arborem Dodonida?
*T*ripode: que Phœbi? vel nigri cantum ofcinis?
*C*laudos vel incessus rapacis alitis?
*M*irum! facestant mentis ægræ somnia.
*I*lla illa festi tibi jugalis copula
*F*ELICITER non cesserit, non BEND
*B*ERNARDI? nubis ipsa cui FELICITAS?
*E*UGB. ô beatum te ter ampliusque, cui
*F*ELICITAS jugatur ipsa: accesserit
*F*ELICITATI isti modò FELICITAS.
*D*IINA TERRESTRI, (precor quod intimis
*C*œleste Numen mentis è penetralibus)
*P*roh quæ TUAS FELICITATI adjungier
*U*squam potis FELICITAS FELICIOR!

Candidatoris nominis omine, &

Candidatoris omnis nomine

F. M. Iean. Martinus Rauscher.

ORNATISSIMO, ET PERITISSI-

MO, NEANDRO, DN. UNFRIDO:

LL. C. Nympho.

I. NOMINALI:

SI quis Pacalem te dicat Sponse Beate,
Audet: Unfridus sicine Pacificus?
Sin te Pacificam vellet concludere quisquis?
Audiat: O Sponsi nomen in Omen eat?
Eloquar ergo Boni Nomen: eum cornea utringq;
Excitat ala Sophiæ, ambiguus error agat?
Na (qui Geltsandem dicaris Sponse Beate)
Fridus est Unfrid, credite, Pacificus.
Nomina sunt Belli, Res est certissima Pacis:
Unfrid non Unfrid diceris arte noq̃a.
 lud. & gratulat.

M. Theodorus Kantzius VVaibl. P. A. C.

II. NOMINALI:

Optime Sponse, Unfrid, Nufrid? sic namque Suevo
 Diceris eloquio: Pax, precor, unde salit?
 P A X salit è S U M M O. Summum quid dicis amande
 Pacis Amor? F E L I X summa tenere potest.
 Summaque F E L I X T A S tenet, en! Qui summa tenere
 Dicitur: hic Pacem prenditur aureolam.
 Prendere Pace tuâ: F E L I C I prendere Pace:
 Unfrid sic N U F R I D diceris à (q̃cia.

I D E M.

III. NOMINALI:

VNde putas Pacem sacratam illabier ausis
 Tedisferis, F R I D I, ô Neonyrphæ, tuis?
 An Tusa quod F E L I X, Honor indelibilis, aureo
 Sidere colla trahit, cordeq; suaq; adis?
 Est ita. Nam F E L I X confundit Nomina Belli
 Bellipotens. Pacis condecoranda Bina!

I D E M.

I.V. NOMINALI:

VNFRIDI Felix, FELIX Unfridia, Sponsi:
 Apprecor Adantis summo de vertice Vobis:
 Ut summè F E L I X, tremulos qui vertit ocellos
 Oceani, terræ disponit mōmina perpes:
 Vosmet F E L I C I A S Re, Nomine, ducere, iniquā
 Hæc hominum sorte, & bipatenti climate vulgi,
 Dignetur Mundi per d. r. gravamina. Fiat!

I D E M.

Bona

Bona Verba

GENIO NUPTIALI

VIRTUTE, ET DOCTRINÀ PRÆSTAN-

TISSIMI VIRI, DN. IOHANNIS BERN-

HARDI UNFRID. V. I. Candidati, Factorum me
honorandi.

Inclyte ô animi juvenis, dum personat aër
Hinc votis, illic carmine & arte lyræ:
Otinam faciles essent in carmine vires,
A' me caratus nunc, bone Sponse, fores.
Hoc sibi mos jubeat, seu non: tamen illice vestræ
Rectè hoc virtutis conor amore melos.
Abdita tu volvis 'audata volumina Juris,
Dostrinaque geris pectora plena favis.
Non tibi Tulliaci sermonis gratia deficit,
Unde quoque in nullum mens tua segnis opus.
Nunc adeo laudes versutibi dicere frustra est,
Sic quia te virtus laudat ubique satis.
En fortuna pacem stabili tibi sociere Sponsam
Unij & parili jussit amare face.
Spectata munus, digna est Sponsi quæ torreat igne,
Nullaque quam lædat tristities animi.
Blanda animi est virgo, cui mens impervia probris,
Felitem verè, te bone Sponse facit.
Ergo quod dicunt vulgò, nunc nomini & omen
Responder, verum nomen in ore gerit.
Ridentes animos pariter, pariterque calentes
Incendit pietas, & foveaura Dei
Ne tepeant ne vel morbi contagia cernant,
Deniique recessent vivere amore pari.

Sic Voco ô Sponsa & felicissime Sponse:
 Sic Voco, hoc votum firmet at ipse Deus,
 Videte felices, quos aequo facere lelli
 Et virtute pares copulat unus amor.
 Ne dira unanimis solvat discordia memens,
 Sit sine lite thorus, sit sine labe domus.
 A laribus Vestris abigantur tristia damna,
 Sit procul ira DEI, sit prope cura DEI,
 Prole thorum, ere focum sacundet, & alia secundet,
 Arceat à Vestro lumine quicquid obest.

Boni ominis causâ faciebam,

Georgius Burckhardus Bucher,